

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Resurrectio f  
cum fonte primo

In hac die peccator de indulgentia  
desperare non debet.

Si enim latro paradysum meruit,  
cur non mereatur ueniam Christianus?  
Et si illi Dominus cum crucifigitur  
miseretur, multo magis huic miserebitur  
cum resurgit. Nam si passionis humilitas  
tantum prestitit confitenti,  
resurrectionis gloria quantum  
tribuet deprecanti?

Largior enim solet esse ad prestandum

leta uictoria quam addicta captiuitas.

Augustinus in sermone de pascha.

Quamuis enim  
peccator, in hac die de indulgentia  
non debet desperare;  
est enim praerogatiua non parua.  
Si enim latro paradysum meruit,  
cur non mereatur ueniam christianus?  
Et si illi dominus cum crucifigitur  
miseretur, multo magis huic miserebitur  
cum resurgit; et si passionis humilitas  
tantum praestitit confitenti,  
resurrectionis gloria quantum  
tribuet depraecanti?  
Largior enim ad praestandum solet esse,  
sicut ipsi scitis,  
laeta uictoria quam addicta captiuitas.

Maximus Taurinensis, *Collectio  
sermonum antiqua (extra.)*, 53, 4 (CCSL  
23, A. Mutzenbecher ed., p.216, ll.75-  
83).